ciem terre sicut locuste Lectio prima

Cum pertransisset holofernes fines assiriorum venit ad magnos montes ange, qui sunt a sinistro cilicie. Ascenditque omnia castella eorum: et optinuit omnem munitionem. Effregit autem civitatem opinatissimam melothi predavitque omnes filios tharsis et filios ismael qui erant contra faciem deserti et ad austrum terre cellon.

Et transivit eufraten Lectio ii et venit in mesopotamiam. Et fregit omnes civitates excelsas que erant ibi: a torrente mambre usquequo pervenitur ad mare. Et occupavit terminos eius a cilicia usque ad fines iaphet qui sunt ad austrum. Abduxitque omnes filios madian, et predavit omnem locupletationem eorum omnesque resistentes sibi occidit in ore gladii. Et post hec descendit in campos damasci in diebus messis et succendit omnia sata: omnesque arbores ac vineas fecit incidi. Et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.

·iij a·

Tunc miserunt legatos suos Lectio ii universarum urbium ac provinciarum reges ac principes: syrie scilicet et mesopotamie et syrie sobal et libie atque cilicie. Qui venientes ad holofernem: dixerunt. Desinat indignatio tua circa nos. Melius est enim ut viventes serviamus nabugodonosor regi magno et subditi simus tibi quam morientes cum interitu nostro ipsi servitutis nostre dampna patiamur. Lectiones de Hester. Lectio i

In diebus assueri qui regnavit ab india usque ethiopiam super centum viginti septem provincias. Quando sedit in solio regni sui: susa civitas regni eius exordium fuit. Tertio igitur anno imperii sui fecit grande convivium cunctis principibus et pueris suis fortissimis persarum et medorum inclitis et prefectis provinciarum coram se, ut ostenderet divitias glorie regni sui, ac magnitudinem atque iactantiam potentie sue multo tempore, centum videlicet et octoginta diebus.

Cumque implerentur dies Lectio ii convivii: invitavit omnem populum qui inventus est in susis a maximo usque ad minimum. Et iussit septem diebus convivium preparari in vestibulo orti et nemoris: quod regio cultu

ab

Claes Flemings Rekenscap för Dalbord och Vägiö ... Anno 1582

manu consutum erat. Et pen-
debant ex omni parte tentoria aerii
coloris et carbasini ac iacinctini
sustentata funibus bissinis at-
que purpureis. qui eburneis circulis
inserti erant et columpnis marmo-
reis fulciebantur. lc ij

Lectuli quoque aurei et argentei
super pavimentum smarag-
dino et pario stratum lapide disposi-
ti erant: quod mira varietate pictura
decorabat. Bibebant autem qui in-
vitati erant aureis poculis: et
aliis atque aliis vasis cibi infere-
bantur. Vinum quoque ut magni-
[illegible]
sed sic rex statuerat preponens men-
sis singulos de principibus suis, ut
sumeret unusquisque quod vellet. lc iiij l'i

Vasthi quoque regina fecit con-
vivium feminarum in palatio
ubi rex assuerus manere consue-
verat. Itaque die septimo cum esset
hylarior rex et post nimiam po-
tationem incaluisset mero. precepit
maumam et bazatha et arbona
et bagatha. et abgatha. et zarath.
et carcas septem eunuchis qui in con-
spectu eius ministrabant. ut in-
troducerent reginam vasthi co-
ram rege. posito super caput eius
diademate ut ostenderet cunctis
populis et principibus illius pul-
critudinem eius. erat enim pulchra valde.
Que renuit: et ad regis imperi-
um quod per eunuchos manda-
verat venire contempsit. lc iij l'ij

Unde iratus rex et nimio furo-
re succensus. interrogavit
sapientes qui ex more regio sem-
per ei aderant: et illorum faciebat cunc-
ta consilio. scientium leges ac iu-
ra maiorum: erant autem primi et
[illegible]
persarum atque medorum qui videbant
faciem regis et primi post eum
residere soliti erant: cui sententie vas-
thi regina subiaceret. que assue-
ri regis imperium quod per eunuchos
mandaverat: facere noluisset

Responditque mamucha lc iiij l'ij
audiente rege atque princi-
pibus. Non solum regem lesit regi-
na vasthi: sed omnes principes et
populos qui sunt in cunctis
provinciis regis assueri. Egredi-

nerunt. Unde et antiquorum iustorum funera, officiosa pietate curata sunt et exequie celebrate et sepultura prouisa: ipsique cum uiuerent de sepeliendis uel etiam transferendis suis corporibus filiis mandauerunt. Et Thobias sepeliendo mortuos: deum promeruisse teste angelo commendatur. Ipse quoque dominus die tertio resurrecturus? religiose mulieris bonum opus predicat. predicandumque commendat: quod unguentum preciosum super membra eius effuderit: atque hoc ad [eum] sepeliendum fecerit. Et lau[dabiliter co]mmemorantur in euan[gelio ...]us eius de cruce ac[...] atque honorifi[ce]

mare e est ergo funera sicut. Quum si non nulla religio est ut sepeliantur non potest nulla esse quum ubi sepeliantur attenditur. Sed cum talia uiuorum solacia requiruntur quibus eorum pius in suos animus appareat non uideo que sint [adiu]menta mortuorum: nisi ad hoc ut dum recolunt ubi sint posita eorum quos diligunt corpora eisdem sanctis illos tanquam patronis susceptos apud dominum adiuuandos orando commendent. lectio vi

Et hec quidem facere possent etiam si talibus locis eos humare non possent. Sed non ob aliud uel memorie uel monumenta dicuntur ea que insigniter fiunt

Ydhes hemmans
Lengd opå spanmål
och höö som beskattedt af
Marsta Häradt pro Anno
1607

eidem mem[orie] animam dilectam
commendant recordantis et precantis
affectus [illegible] [...] Ca[pitulum] vii

Que cum ita sint: non existi-
memus ad mortuos pro
quibus curam gerimus pervenire.
[...] sive altaris sive
orationum sive elemosinarum sacri-
ficiis sollempniter supplicamus
quamvis non pro quibus fiunt
omnibus prosint. sed eis tantum quibus
dum vivunt comparatur ut prosint
Sed quia non discernimus qui sint
oportet ea pro regeneratis om-
nibus facere ut nullus eorum
pretermittatur ad quos hec bene-
ficia possint et debeant pervenire
Melius enim supererunt ista eis

gesserit qui gerebat. Si autem viii
Quod si hec faciunt qui carnis re-
surrectionem non credunt:
quanto magis debent facere qui
credunt. ut corpori mortuo. sed
tamen resurrecturo et in eternitate
mansuro impensum tale officium
sit etiam quoddam
eiusdem fidei testimonium.
Quod vero quisque apud memo-
rias martyrum sepelitur: hoc tantum
mihi videtur prodesse defuncto.
ut commendans eum etiam martyrum
patrocinio affectus pro illo suppli-
cationis augeatur. [...]
de resurrectione [...]
quam resurrectur[...]
mortu[...]

[illegible]

[illegible]

Johannes [illegible]

[illegible]

H[illegible]

[illegible]

[illegible] Filium [illegible]
pater [illegible]

Ut [illegible] homo [illegible]
natura [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Magnum sacramentum [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible] tenebre oppresserant.
[illegible] aspicere non ua-
lebant [illegible] qui lucis pre-
[illegible] ut [illegible] qui [illegible]
[illegible] lumen [illegible]
[illegible]
[illegible] qui [illegible] splendorem
uidere [illegible] : ut paula-
tim [illegible] illa celes-
ti lumine [illegible] possent [illegible]
[illegible]

velud lucernam preluceret: clari-
tatem eius totus mundus sus-
tinere non posset. Ysidorus in libro
de ortu. vita vel obitu sanctorum lectio vii

Hic est iohannes baptista filius
zacharie ex tribu levi in ie-
rusalem natus angelo nunciante
conceptus. Hic est precursor christi
preco nunciis prophetia altissimi vox
verbi. amicus sponsi. testis do-
mini: lucerna luminis. Hic est ter-
minus prophetie. baptismatis ini-
cium quod prenunciatus preceptus uteri
abstulit: genitus officium lin-
gue reseravit. Tu autem lectio viii

Hic est qui nec dum editus
[illegible] salutavit
ex utero in solitudine [illegible]
deserto demonstravit. Hic est
cuius vestimentum lanugo fuit ca-
melorum. habitatio heremus: victus
mellis et locustarum cibus. Hic dum
herodem prohiberet fratrem vio-
lasse connubium: carcerali te-
nebris mancipatus est lectio ix

Hic est cuius caput regis filia
ludens: a patre premium postu-
lavit. At ille: interfectum male pro-
meriti filie ebrius inter pocula de-
dit. Sepultus est autem in sebastia
oppido palestine que olim samaria
vocabatur: quam herodes rex
iudee. antipatris filius ob ho-
norem cesaris augusti greco ser-
mone augustam vocavit. In fes-
to beatorum martirum iohannis et pauli Te-
rencianus de quo hic habetur mencio lectio i

Tempore quo scitica gens
daciam et tracias occupa-
verat: gallicanus dux romani
exercitus. constantino carus et
necessarius filiam eius constanciam
in uxorem ~~suam~~ petebat. Videns i-
gitur constantinus patrem suum su-
per hoc contristatum. cum desperaret
ipsam a virginitatis proposito pos-
se avellere: nec studium eius sibi
etiam expellere. de deo confidens
monuit ut gallicano promitteret
que petebat: si gentem scitarum sup-

Facta igitur sponsione .ii. caret
de consilio constancie. duo
cubicularii eius iohannes et pau-
lus traditi sunt gallicano: due-
que gallicani filie virgines tradi-
te sunt constancie in spem qui fir-
mitatis maioris tunc constancia
devotissime dominum rogavit: ut
gallicanum filias eius ad sanctam virgini-
tatis propositum converteret ipsumque

Liber scriptus

C 76

nō infirmū autem in fide sus-
cipite. Quod alipius ad se re-
tulit ⁊ augustino aperuit: et
tali cōmunicatiōne ꝓposito bono
cōiunctus ē. Inde ad matrem
augustinum pariter ingrediuntur
Indicauit illi. Gaudet illa. ⁊
benedicit dominum. Placuit autem
augustino ⁊ non tumultuose
sed leniter subtrahere ministeri-
um lingue sue nundinis loqua-
citatis quibus pueros docebat.
Iam enim paululum tollerare il-
los: ut sollempniter absederet.
Consilium ergo tuum effunde-
tur. Tu vero deus eis a conual-
le ploracionis ascendentibus
⁊ cantantibus canticum graduum
dederas sagittas acutas ⁊ car-
bones vastatores: aduersus lin-
guam subdolam velut consu-
lendo contradicentem. Sagittaue-
ras tu cor eorum caritate tua ⁊
⁊ gestabant verba tua transfixa
visceribus: et exempla ser-
uorum tuorum quos de nigris
lucidos ⁊ de mortuis viuos fe-
ceras ⁊ congesta in sinum cogi-
tacionis eorum. accendebant eos
valde: ut omnis ex lingua sub-

illis erat coram deo et quenerunt inter eos ne passim

dola contradictionis flatus in-
flammare eos acrius posset nō
extinguere. Euolutis autē die-
bus vingium. nam ⁊ multi et
longum videbamur pre amore li-
bertatis: solutus ē augustinus
a sua professione rethorica. Et pro-
fectus ē in villam cum suis om-
nibus gaudens ⁊ legebat psal-
mos dauid. cathecuminus cū
cathecumino alipio: matre sibi ad-
herente ꝗ muliebri habitu virili
fide anili securitate materna cari-
tate xp̄iana pietate. legebat et
ardebat quod murmurasset
aduersus heres de melle celi mel-
leos: ⁊ de lumine dei luminosos.
Dolore dencium tunc excruci-
abatur vehementer. Et cum in-
grauesceret dolor ⁊ ut nō vale-
ret loqui: ascendit in cor eius
ammonere omnes suos qui illi
aderant ut deprecarentur dominum
pro se. Et scripsit hec in cera ⁊
⁊ dedit eis ut legeretur. Mox
ut genua supplici affectu pariter
in terram fixerunt fu-
git dolor ille statim. Et expauit
ille tantam flagelli asperitatem:
et tam cito dei mirabilitatem cele-

ritate. Nichil enim tale ali
ineunte etate expertus fuerat.
Insinuavit autem sancto Ambro
sio pristinos errores suos per litteras
et presens votum suum: ut sibi
moneret quid de libris sanctis le
gere deberet: quo precipiente tan
te gratie paratior aptiorque fieret.
At ille iussit Ysaiam prophetam:
quod pre ceteris evangelii vo
cationisque gentium sit prenun
tiator apertior. Verumtamen ille pri
mam huius lectionem non intelli
gens: totumque talem arbitrans:
distulit repetendum exercitatior
in dominico eloquio. Inde ubi tem
pus advenit quo se nomen da
re oporteret: relicto rure Me
diolanum remeavit. Mansit
aliquis tempus in [illegible]
Adeodatus [illegible] puer
a deo datus et [illegible]
naliter [illegible]
um erat patri [illegible]
ti sunt ergo a sancto Ambrosio [illegible]
et fugit ab eis sollicitudo vite
preterite. Nec satiabantur [illegible]
mis illis diebus dulcedine mi
rabili: considerare altitudinem
consilii divini super salutem generis

humanum. Fiebat autem in hymnis
et canticis suave sonantis ecclesie
et estuabat inde affectus pieta
tis et currebant lacrime et bene
illi erat cum eis. Erat tunc annis
natus circiter triginta matre sup
stite sibique adherente. In diebus il
lis consociavit se Augustino e
vodius iuvenis ex eius muni
cipio qui tamen ipse prior conver
sus et baptizatus erat. Simul e
rant simulque habitabant placito
sancto. Querebant autem quis eis
locus eos utilius haberet: et servien
tes deo pariter remeabant ad Af
ricam. Et cum apud Ostia Tibe
rina essent: mater Augustini de
functa est. Imminente autem die
quo de hac vita erat exitura:
provenerat ut ipsa deo procurante
ut soli ipse et illa starent incum
bentes ad quandam fenestram
[illegible] prospectabatur. Illic remoti
a turbis: post longi itineris la
borem instaurabant se naviga
tioni. Colloquebantur ergo soli
valde dulciter: et preterita obliviscen
tes in ea que ante sunt extenti: quere
bant inter se que futura esset vita

⁊ dixit. Apl̄e dei bartholomee
e incendunt me orōnes tue
Tunc apl̄s dixit ei. Obmutes
ce. ⁊ exi ab eo. Et statim libe
ratus ē homo. Nūciatum ē ast
polemio regi puincie eiusdē.
Et misit: ⁊ rogauit aplm̄ di
cens. Filia mea male uexatur:
peto ut liberes eam. Exurgēs
autem perrexit cum eo. Et u
bi uidit eam catheniis constric
tam. iussit eam solui ⁊ ultra
non potuit eam uexare demon
Tunc rex onerauit ca lc̄ iiij
melos argento ⁊ auro
gēmis ⁊ uestibus: ⁊ cepit q̄re
re aplm̄. Et non inuenit eum
⁊ reportata sunt omnia. Jn auro
ra autem diei sinceri apparuit a
postolus solus cum solo rege
clauso ostio: ⁊ dixit ei. Ut q̄d
me quesiuisti cum auro ⁊ ar
gento. Ego nichil t'renum. nil
carnale desidero. Sȝ scire te uo
lo. quia filius dei dignatus ꝑ
utero uirginis nasci. uicit dia
boli. misit nos in omnes pro
uincias. ut expellamus mini
stros eius qui per templa hi
tant: ⁊ homines q̄ eos colūt de

ꝑtāte eius qui uictus ē ause
ramus. Inde ē q̄ demonē qui
uobis dabat r'sa: ab angelis
eius qui me misit. religatum
detinen Tu autem lcō quīta
Si uis ergo probare ita eē:
Iubebo illi. ⁊ egredietur
statuam: et faciam eum confiti
hoc ipsm̄. Dixit ei rex. Crastina
pari erunt pontifices sacrifica
re ⁊ ego superueniā ut uideam
hoc mirabile. Altera igitur die
sacrificantibȝ eis: cepit clama
re demon. Cessate miseri sacri
ficare michi. ne peiora patia
mini q̄ ego qui catheniis igne
is religatus sum ab angelis ihū
xpi. Et addidit princeps nr̄ mit
tit nos ad homines. ut ledam⁹
ꝑma carnem eorum: qm̄ in a
nimalibȝ ꝑtatem hr̄e nō possu
mus nisi sacrificauerint. At u
bi pro salute corporis nobis sacri
ficauerint cessamus eos ledē:
qm̄ in animalibȝ eorum incipi
mus habere potestatem lc̄ vi
Tunc dixit apl̄s ad plebē
Ecce quē deū putabatis
esse quem putabatis curare
uos. Audite me uerū deū cre

[illegible marginal note]

atorem urm qui in celis se
det. Et si vultis ut omnes
hij sanitatem recipiant. depo
nite ydolum hoc et confringi
te. et templum hoc ex nomine xpi con
secrabo: et vos omnes ex bap
tismate purificabo. Tunc iussu
regis miserunt funes sed simu
lachrum non poterant euertere.
Tunc aplus dixit eis. Soluite
omnia uincula. dixit autem ad
demonem. Exi de simulacro:
et confringe illud. at ille statim
egrediens: comminuit non solum
ipsum sed etiam omnia ydola que
erant in templo. Tunc omnes cla
mare ceperunt. Unus deus omni
potens: quem predicat bartholo
[illegible] expandens [illegible]
Tunc bartholomeus manus
ad deum dixit. Precor domine:
ut omnis hec multitudo salue
tur. Cumque finita oratione omnes
respondissent amen: apparuit
angelus domini splendidus. Et per
quatuor angulos templi circum
uolans: digito in quadratis
saxis sculpens signum crucis.
dixit. Hec dicit dominus. Sic
omnes vos mundaui ab infir
mitate vestra. ita mundaui hoc
templum ab omni sorde, et
habitatore eius. Tunc ostendit eis
angelus ingentem ethiopem
nigriorem fuligine. Et cum
exsoluisset eum ille ululatum
emittens. euolauit et nusquam
comparuit. Angelus autem euo
lauit ad celum. Tu autem. lc̄ iiij

Tunc rex polemius cum uxo
re et filijs. ac omni populo
qui ad eius regnum pertinebat.
baptizatus est: et deposito dya
demate cepit apostolum non dese
rere. Cum autem templorum pon
tifices astragi regi fratri eius hec
flentes referrent indignatus
ille misit armatos. ut uinctum
[illegible] fuisset aplis vin
ctum illum perducerent. Quod cum
fecissent: dixit ad eum. Sicut
fecisti fratrem meum derelinquere
deum suum: ita ego faciam te de
um tuum derelinquere. Dixit ei
apostolus. Ego deum quem colebat
frater tuus religatum ostendi: tu si
poteris hoc facere deo meo.
poteris me ad sacrificium pro
uocare. Hec cum diceret: nun
ciatum est regi. quod deus eius

aliter quam se habet ecclesiastica re-
gula a se fuisse dictata et scri-
pta: cum adhuc ecclesiasticum u-
sum minus sciret, minusque
sapuisset: a semetipso et reprehen-
6 sa et correcta sunt. Unde autem
conscripsit volumina: quorum
est titulus de recensione libro-
rum. Praereptos etiam sibi quos-
dam libros ante diligentio-
rem emendationem a nonnul-
lis fratribus conquerebatur, licet
eos postmodum emendasset.
Imperfecta etiam quaedam libro-
rum suorum praeventus morte dere-
liquit. Prodesse autem omnibus
volens multa legere et non vale-
ntibus, ex utroque testamento p-
raecepta divina seu vetita ad vi-
te regulam pertinentia excerp-
sit atque ex his unum codicem
fecit: ut qui vellet legeret, at-
que in eo vel quam obediens deo,
vel quam inobediens esset agnosceret.
Et hoc opus voluit speculum
7 appellare. Vixit autem annis
septuaginta sex: in clericatu
autem vel episcopatu annis ferme
quadraginta. Dicere autem
nobis consueverat laudatos

christianos absque digna et competente
penitentia exire de corpore
non debere: quod et ipse fecit.
In ultima enim qua defunctus
est egritudine sibi iusserat psal-
mos davidicos qui sunt de
penitentia scribi, quaterniones iacens in
lecto contra parietem positos die-
bus sue infirmitatis intueba-
tur et ubertim ac iugiter fle-
bat. Novi quoque eundem et presbyterum
et episcopum pro quibusdam energu-
menis patientibus ut oraret
rogatum: eumque in oratione lacri-
mas fundentem deum rogasse
et demones ab hominibus reces-
sisse. Novi etiam ad egrotantem 8
quendam cum suo egroto venisse
et rogasse ut eidem manus
imponeret reddidisse: si aliquid
posset sibi hoc primitus praestitisse;
et illum dixisse visitatum se
fuisse, sibique per somnium dictum
esse: Vade ad augustinum episcopum
ut ei manum imponat et salvus
erit. Quod dum comperisset,
facere non distulit: et illum in-
firmum continuo dominus sanum ab
eodem discedere fecit. Ante di-
es autem fere decem quam exiret

de corpore: a nobis postula
uit presentibus ne quis ad eum
ingrederetur nisi his tantum
horis quibus medici ad inspici
endum intrabant uel cum ei re
fectio inferretur. Et ita obserua
tum et factum est. Omni autem
illo tempore orationi uacabat. Ver
bum dei usque ad ipsam suam eg
ritudinem extremam impretermisse a
lacriter et fortiter sana mente sa
noque consilio in ecclesia predicauit.
membris omnibus sui corporis
incolumis integro aspectu atque
auditu. Nobis autem astantibus
et uidentibus et orantibus: dor
miuit cum patribus suis. Testamen
tum nullum fecit: quia unde faceret
pauper dei non habuit. Ecclesie
bibliothecam omnesque codices
diligenter posteris custodien
dos semper iubebat: suos con
sanguineos in sua uita et mor
te uulgi more non tractauit.
Quibus dum adhuc superesset.
id si opus fuit quod et ceteris e
rogauit: non ut diuitias habe
rent, sed ut aut non, aut minus
egerent. Tu autem. In festo decol
lationis beati iohannis baptiste. Lectio i.

Hodie nobis carissimi io
hannis uirtus. herodis
ferocitas: cum refertur. con
fusa sunt uiscera. corda tremu
erunt: caligauit uisus. hebuit
intellectus. aufugit auditus.
Sed quid constat in sensibus
humanis quando peruenit uir
tutum magnitudinem criminum
magnitudo: Herodes in
quit tenuit iohannem. Iohannes
scola uirtutum. magisterium
uite. sanctitatis forma. nor
ma iusticie. uirginitatis spe
culum. pudicicie titulus. ca
stitatis exemplum. penitentie
uia. peccatorum uenia. fidei discipli
na. maior homine. par ange
lis. legis summa. euangelii
sanctio. apostolorum uox. silentium p
rophetarum. lucerna mundi. precur
sor iudicis. et mediator duorum tes
tis: totius medius trinita
tis. et hic tantus datur inces
tui. traditur adultere. addici
tur saltatrici. Tu autem. R.
Herodes prophanauit tem
plum: sacerdotium subsu
lit. confundit ordinem. teme
rauit equum: corrupit impe

pro Anno 1567

tam minos imponit regnis
celestibus triumphantes: ut in
paradiso christi ab omnibus dig
nanter collaudetur. Sic dum
cauerunt quos diligere et amare
consueuisti: sic probati sunt quos
semper amasti **Libellus apocri**
fus de natiuitate sancte dei geni
tricis translatus a ieronimo. Non
legatur in matut. sed in mensa uel
Petis a me petiu[n] **dimittatur**
culam: opere quidem le
uem sed cautela falsitatis ad
modum grauem. Postulas
enim: ut stilo digeram si quid
alicubi forte. de natiuitate sancte
marie. usque ad incomparabilis
eius [...] inuenerim. Hoc at
[...] tanto capite
depositus: me adolescentulum
in quodam [libello] legisse memoratis. Memo
rem autem te: memoratum
libellum. si bene memini. quan
tum ad sensum pertinet huius
modi habuisse prefationem Pe
titis a me. ut uobis rescribam
quid mihi de quodam libello
uideatur: qui de natiuitate sancte
marie et nonnullis legitur: Et uos
scire uos volo multa in eo fal

sa inueniri. Quidam namque
seleucus qui passiones apostolorum
conscripsit: et hunc libellum
composuit. Sed sicut de uirtu
tibus eorum et miraculis ue
ra dixit, et de doctrina pluri
ma mentitus est: ita et hic mul
ta non uera de corde suo con
finxit. Proinde ut in hebreo
habetur: uerbum ex uerbo trans
ferre curabo. Siquidem sanctum
euangelistam matheum. eundem
libellum dicitur composuisse:
et in capite sui euangelii hebre
is litteris obsignatum appo
suisse. Quod an uer[...]:
auctori prefationis et fidei scrip
[...] Hic et hec d
bia esse pronun[...]
fal[...] ee [...]
lib[...]
[...]
[...] et ma
[...] miracula p
tel[...] [...]onsuetam
fuisse [...] in fide. al
ius q[...] sancte pu
uisse [...] [...]r. aute
amme[...] [...]eum et legi pro

potuisse. Deinde sensum magis quam ver
ba scriptoris sequens. sic vero
mentis stilum temperabo: ut
non aliud dicam quam que ibi a
scripta sunt aut consequenter
fieri potuerunt. Igitur beata
maria et regia stirpe et fami
lia david oriunda. in civitate
nazareth nata: ierosolimis in
templo domini fuit nutrita.
Pater illius ioachim: mater anna
dicebatur. Domus paterna ex
galilea et civitate nazareth: ma
ternum genus ex bethleem erat.
Vita eorum erat simplex ac
[illegible] et recta: apud homines
irreprehensibilis et pia. Nam
[illegible]
[illegible] tur
[illegible] es
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] gen
tenendum [illegible] um
ter ingiun [illegible]
nequum [illegible] pro
ceremon [illegible] uerit
tamen [illegible] ter eis
Iherusalem. tre [illegible] absque

cam mancipaturos. Cuius rei
gratia: et templum domini sin
gulis per annum festis frequen
tare solebant. Factum est autem:
ut encenniorum sollempnitas ap
propinquaret. Unde et cum
nonnullis contribulibus suis
ierosolimam ioachim ascen
dit. Eo quoque tempore: ysa
char pontifex erat. Cumque
inter ceteros concives suos
ioachim cum oblatione as
tantem videret: despexit eum.
et munera eius sprevit: in
terrogans cur inter fecundos
ipse infecundus altaria presu
meret. Cumque [illegible]
[illegible]
ad pastores [illegible]
[illegible]
[illegible]: neque domum [illegible]
[illegible] ne forte a contribu
libus suis qui simul aderant
et hec a sacerdote audierant
eodem opprobrii elogio no
taretur. Verum cum ibi cet
angelus domini cum immen
so lumine ei astitit. Qui dum
ad visionem turba[illegible]
gelus timorem illius compescuit

clarissime videamus. Quia si ni-
chil defuerit et nichil latuerit
manebit autem timor et amit-
tas amittendi. Ideo nichil irre-
at, et erit potentia que humana in-
firmitas roboretur. Qui posu-
it in eque fines tuos pacem et confir-
mavit seras portarum tuarum. Ita ut
nullus intret inimicus nullus-
que possit exire amicus. Ubi er-
go summa habundantia, summa
sapientia, summa potentia est, pu-
to quod nichil desit plenitudini be-
atitudinis quantum spectat ad sum-
mam felicitatis humane. fiat lc. i.
[illegible] in patria illa et per
[illegible] dei
[illegible] cum et omnibus creaturis
[illegible]
mutuo ineffabiliter communicamus
atque beamus ipsam cognoscentes
in semetipsa trinitatem; et gloriam
illam sine ulla caligine conspicu-
e contemplantes. In hac enim
erit vita eterna ut cognoscamus
patrem et filium cum spiritu sancto et vide-
amus deum sicuti est, ubi est non si-
cut modo in speculo vel
aut ceteris creaturis, sed sicut est in
semetipso. Unde dicit illa celesti

trinitatem esse videtur quod probat
et quasi iter [illegible]. Hec vero cognitio
summa beatitudinis tenetur medulla.
adeps frumenti quo civitas sancta ie-
rusalem satiatur. Hec quamquam mag-
na beatitudo illa tamen abscondi-
ta est ab oculis nostris. quam nec ocul[us]
vidit nec auris audivit nec in cor
hominis ascendit. Ista claritas ista
suavitas ista iocunditas mane-
at in illa cognitione. Tu autem. lc. ii.

Hec est illa pax dei que exsuperat o-
mnem intellectum quanto magis o-
mnem sermonem nostrum. Quam ergo nul-
lus hominum est expertus nullus com-
effari. [illegible] felicitatis
[illegible] suspiria
[illegible]. Nam quia videmus
[illegible] in creaturis [illegible]
[illegible] possumus ex parte concipere. ex
ipsius munere quod iam accepimus
primicias spiritus. Cognitio autem illa
adhuc nobis incognita est natura
[illegible] est [illegible] non pos-
sumus ad eam. At non [illegible]
in creaturis videntibus [illegible]
mus [illegible] intelligere [illegible]
[illegible] videntur in ipsis. Hec
[illegible] intelligentia
[illegible] potentissime [illegible]

...cutissime. qui benignissime maies-
tas tua. creat omnia. cuncta re-
git. ordinat universa, presens mun-
dum quod est. ab eo comprehendit. Ve-
niat autem qui iam sequimur aliquan-
doque erit et in omnibus con-
sequimur creaturis; ut in omnibus
quod est gaudium domini gaudeamus.
Tres sunt sanctitatis status iii
civitatis. primus in corpore
corruptibili. secundus sine corpore.
tercius in corpore iam glorificato.
Primus in militia. secundus in requie.
tercius in requie consummata. Primus
denique in tabernaculis. secundus in
atriis. tercius in domo dei. Quam
dilecta tabernacula tua domine virtu-
tum. multo magis atria concu-
piscibilia. sed et beati qui habitant in
domo tua domine. O admirabilis
domus et dulcis tabernaculis et a-
triis concupiscibilibus preferenda.
Siquidem gloriosa dicta sunt de te civi-
tas dei. in tabernaculis enim ge-
mitus penitencie. In atriis gustus le-
ticie in te satietas glorie. Hec quidem
infima domus orationis media ex- Infima
pectationis cum gratiarum actione et
laudis. Felix, inde qui hic decli-
naverit a malo quod est culpa. et

fecerit bonum ut illic a malo quod
est pena liberetur et in te recipiat
bonum. Hic numerus primitie spiritus.
illic divitie et vite plenitudo. Hi
denique sunt sancti illic securi
in te beati. Hec siquidem primitie spiritus
quas militantibus interim prerogant.
sanctitas in conversatione pietas
in intencione virtus in consumma-
tione. Ubertatem autem illius
domus et torrentem illius volup-
tatis nec oculus vidit nec au-
ris audivit. nec in cor hominis ascen-
dit. Ne ergo audire velis ab homine
quod quidem auris hominis non au-
divit. nec ab homine queras quod hu-
manus oculus nec videt nec
animus capit. Eya ergo mili-
[illegible] in tabernaculis mili-
temus. Ut suaviter deinde in
atriis quiescamus et novissime
in domo gloriemur. Item feria. iiii. lectio. i.
Consummato iam militie tempore
gaudium habent sancti. etiam
in spiritu sancto. et licet non plena
habent tamen leticiam multam in corde
suo donec veniet dies illa. qua
implebit illos leticia dominus cum
vultu suo in quo gaudium habituri
sunt et in corpore suo. Iam non neu-

ex uobis p[ro]uiam aliq[ua]m r[ati]o[n]em e[t]
letitiam suspicetur eo[rum] q[uod] ab o[mn]i
penitus molestia liberi recogi
tant annos suos i[n] dulcedi[n]e a[n]i[m]e
sue. letantur pro diebus q[ui]b[us] hu[m]i
liati sunt. a[n]nis q[ui]b[us] uiderunt ma
la tum iocunda admiratio[n]e. Co[n]
siderant q[uam] p[er]icula euaserunt la
bores quos p[er]tulerunt e[t] certamina
q[ue] uicerunt. Et pro his o[mn]ib[us]
certa [et] indubitata fide expectant
beatam spem [et] aduentum glorie
magni dei [et] saluatoris sui qui
resuscitabit reformabitq[ue] corpora
eo[rum] configurata [christ]i corporis clari
tati. Multa e[st] felicitas eo[rum] q[uo]d in
[illegible] letitia. q[ui] [illegible]
[illegible] de recordatione [illegible]
[illegible]
quietis. [et] de ista expectatione futu
re consummationis exultant. Na[m]
de futura illa co[n]summatio[n]e h[abe][n]t
[illegible] eo[rum] in psalmo. Dicit en[im]
singule anime q[ui]b[us] datu[m] e[st] ta[m] ad
haut rege[m] p[er]uenire. In pace in
id[ip]s[u]m dormiam [et] requiescam. q[uonia]m
tu domine singulariter in spe co[n]
[illegible] Tu autem d[omi]ne b[e]n[e]d[ic]
[illegible] sunt. q[ui] in festiuitate
[illegible] deuote uigilantes consideramus

debemus auxilium uidelicet sua
[et] eo[rum] exemplu[m]. [et] consilium n[ost]r[u]m
auxilium eo[rum] q[ui] potentes i[n] t[er]ra
potentiores s[un]t in celis a[n]te faciem
domini dei sui. Si enim du[m] adhuc
uiuere[n]t nobiscu[m] s[un]t p[re]cibus [et] ora
uerunt pro eis. Nu[n]c tanto am
plius q[ua]nto uerius cognoscunt mi
serias n[ost]ras orant pro nobis p[at]r[em].
Q[ui]a b[ea]ta illa patria caritate[m] eo[rum]
no[n] mutauit. sed augmentauit.
Neq[ue] enim q[ui] inpassibiles fi[un]t s[un]t
ideo [et] inco[m]passibiles. S[ed] nu[n]c pa
tius induunt s[e] uiscera pietatis et
m[isericord]ie. cu[m] a[n]te ip[s]um fontem assistant.
Debemus attendere [et] exemplum
eo[rum]. q[ui] q[uam]diu nobiscu[m] fuerunt in terris [et]
[illegible]
[illegible]
[illegible] regiam [illegible]
[illegible] humilitate[m] eq[ui]ta[tem] eo[rum] [et] au
[illegible] [illegible] [illegible] [et] tu[n]c uidebi
[illegible] [illegible] q[uo]d exemplo incede[n]t
[illegible] h[om]i[n]es q[ui]a nobis exempla
[illegible] ut ambulemus p[er] ea [et]
[illegible] diligentiam le[cti]o. iii. In e[o]
[illegible] assimilamus consisti
[illegible] q[uoniam] [illegible] o[mn]es illi sic[ut] et no
bis fuerunt passibiles ex eade[m] hu
[illegible] ex qua nos. Q[ui]a

91

Finland
1565
N:o 16

ergo est quod non solum difficile sed impossibile credimus ut faciamus opera que fecerunt et sequamur vestigia eorum. Confundamur et contremiscamus ad vocem istam. si forte hec confusio adducat nobis gratiam. si forte gratiam generet nobis timor iste. Homines isti fuerunt qui precesserunt nos qui tam mirabiliter per vias vite ut vix eos homines esse credamus. Hic ergo fratres in festivitate sanctorum et gaudere et confundi debemus. Gaudere quia patronos premisimus. Confundi quia imitari eos non possumus. Itaque semper gaudium nostrum in hac valle lacrimarum. Nam lacrimarum condiri debet, ut semper non solum ceterarum, sed et prima gaudii luctus occupet quia et si magna est gaudendi materia. maxima est et doloris. Anselmus in meditationibus. In octava omnium sanctorum legenda lectio i.

Quanta sint bona celestis patrie: et divitie superne illius civitatis. gloriaque regis et regnantium in ea: nemo mortalium explicare sufficiat. Qualis autem illic regina celorum: regis celestis virgo mater a dextris ipsius tanta honorificentia assistens: cum [illegible] honor et reverentia nominanda domina sancta maria quantam sua incomparabili pulchritudine et gloria nimis celestium civibus prebeat admirationem quantive spectaculi. Quam misericorditer mater ipsa vite misericordissimum illum filium suum pro miseris mortalibus impellet. Quam mirabiliter pulcherrimo suo conspectu totam illam civitatem dei letificet. utcumque peregrinationis relevet pondus. Quam miro ordine beati angelici spiritus regi regum christo domino semper assistant semper in eum, propter suam immensam et singularem pulchritudinem; prospicere desiderantes et semper desiderabiliter prospicientes. Quam splendidis coronis erga imperatorem suum [illegible] in resplendeat inter ceteros. Quam decoro amictu et quam magnifice stola glorie induti summo pontifici assistant ministri eius confessores sancti: quos amavit et ornavit, quos primo sibi certum suum et postmodum sibi omnia bona constituit, Quam dulcia cantica mira sponsa sue virginitatis et virgine matre eius candidatus decantat sanctarum virginum chorus. Quam tu in illa omnium sanctorum beato et glorioso conventu est.

abeundi et tollendi corpus po-
testatem. Ita eos et cum voluit
stare compulit: et cum libuit abire
Idem dum in vico quo- lc̄o permisit
dam templum antiquissimum diru-
isset et arborem pinum que fano erat
proxima esset aggressus excidere:
antistites loci illius ceteraque gen-
tilium turba cepit obsistere. Et
cum idem illi qui dum templum
everteretur imperante domino quie-
verant succidi arborem non pati-
ebantur: cepit eos sedulo com-
monere nichil esse religionis in
stipite: et illam succidi oportere
quia esset demoni dedicata. Tunc
unus ex hiis qui erat audacior ce-
teris. Si habes inquit aliquam de deo
tuo quem dicis te colere fiduciam:
nosmetipsi succidimus hanc ar-
borem. tu ruentem excipe: et
si tecum est tuus ut dicis dominus e-
vadas. Tunc ille intrepide con-
fisus in domino: facturum se pollice-
tur. Hic vero ad istius modi con-
dicionem. omnis illa gentilium turba
consensit: facilemque arboris
sue habere iacturam si inimicum
sacrorum suorum casu illius obruis-
sent. Itaque cum unam in partem pinus
illa esset inclinata ut non esset dubi-
um quin in partem succisa corrue-
ret: eo loco vinctus statuitur pro
arbitrio rusticorum. quo arborem
esse casuram nemo dubitabat.
Succidere igitur ipsi suam pinum
cum ingenti gaudio leticiaque
ceperunt. Aderat eminus tur-
ba mirantium iamque paulatim
nutura pinus. et ruinam suam ca-
sura minari ceperat. Tu autem. lc̄o
Pallebant eminus mona-
chi: et spem omnem perdiderant
solam martini mortem expectan-
tes. At ille confisus in domino.
iam super se ruentem elevat obviam
manum: signum salutis opponit. Tunc
vero tu[...]nis modo retroactam
putares. diversam in partem ruit:
adeo ut rusticos qui tuto in loco
steterant pene prostraverit. Tunc
vero in celum clamore sublato gen-
tiles stupere miraculo. monachi
flere pre gaudio ceperunt. Nemoque
fere ex illa multitudine gentilium
fuit: qui non in dominum ihesum relicto impi-
etatis errore crediderit. lc̄o
In vico autem cui leprosum nomen
est. cum idem templum opulentissi-
mum superstitione religionis ...

¶ Dominica infra octavas
l. i

luisset evertere: restitit ei multitu-
do gentilium adeo ut non absque in-
iuria sit repulsus. Itaque secessit ad
proxima loca: ubi per triduum cilicio
tectus et cinere ieiunans semper
atque orans precabatur ad dominum: ut
quia templum illud evertere hu-
mana manu non potuisset. virtus
illud divina dirueret. Lectio

Tunc subito ei duo angeli has-
tati atque scutati instar mi-
litie celestis se obtulerunt: dicen-
tes missos se a domino. ut rusti-
cam multitudinem fugarent. presi-
diumque martino ferrent: ne quis
dum templum dirueretur obsisteret.
Rediret ergo et opus ceptum de-
votus [illegible] gressus ad
[illegible]
turbis et quiescentibus [illegible] profanam
edem usque ad fundamenta dirue-
ret: aras omnes atque simulacra
redegit in pulverem. Quo viso
rustici. cum se intelligerent divi-
no nutu obstupefactos atque per-
ritos. ne ipso repugnarent omnes
fere in Ihesum dominum crediderunt cla-
mantes palam et confitentes de-
um martini colendum ydola negli-
genda que sibi adesse non possent. Lectio

In pago quoque eduarum dum templum
everteret: furens gentilium rusti-
corum in eum irruit multitudo.
Cumque unus audacior ceteris
stricto eum gladio peteret: re-
iecto pallio nudam cervicem pre-
bere[?] prebuit. Nec cunctatus
est ferire gentilis. Sed cum dexte-
ram altius extulisset resupinus
ruit: consternatusque divino me-
tu veniam precabatur. Nec dis-
simile fuit huic illud. Cum eum
ydola destruentem. cultro quidam
ferire voluisset: in ipso ictu fer-
rum ei de manibus excussum non
comparuit.

Plerumque autem cum Lectio contra-
dicentibus ei rusticis ne e-
orum [illegible] destrueret ita sancta [illegible]
[illegible] animos mitiga-
bat ut luce eis veritatis ostensa
ipsi sua templa subverterent. Cura-
tionum vero in eo tam potens erat
gratia. ut nullus fere ad eum
egrotus accesserit qui non continuo
reciperet sanitatem. Lectio

Cum de metu atque impetu
barbarorum subita quidam
in qua erat civitatem fama tur-
basset demoniacum ad se exhibe-
ri iubet. imperat ut an verus